Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

Bibliographische Daten

Titel:	Sammelhandschrift mit Texten aus Trivium und Quadrivium – Nürnberg, STN, Cent. V, 21
Signatur:	Cent. V, 21

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

frigiditatis · et angustacione vel pectoris seu plurimum cum contingit propter nocumentum accessio coloris nisi · et ideo quod cause apparentes sunt dulsc. debilitas enim cordis et sequitur sine dubio tenuitatem spiritus nimiam et frigiditatem sue complexionis · et angustiacio et pectoris · seu spissitudinem spiritus et calorem sue complexionis · sanguis autem uel clarus temperatus inter tenuitatem et grossitudinem propter luminacionem spiritus splendentis puri temperate complexionis et inter tenuitatem et grossitudinem generati ex eo aptat animam gaudio · sanguis uero clarus distemperatus calorem propter multam eius accensionem et uelocitatem sui motus · aptat eam iracundie · sanguis uero tenuis aquosus · frigidus clarus · aptat eam debilitati cordis et formidini · spiritus enim qui fit ex eo est grauis ad mouendum et est parue accensionis quia est frigidus · ergo dilatacio ad gaudium et ad iram est in pauco · et est ex sua tenuitate facilis ad dissoluendum et ex sua frigiditate fit paruus sanguis autem grossus · turbidus et distemperatus in calore · aptat tristicie et iracundie · perma- net tristicia sit propter spiritum turbidum qui generatur ex eo · ira uero propter uelocitatem accensionis sue ex calore · permanencia autem ire · fit ex hoc quod est spissus · et spissitudinem eius leserit non cito frigescit · ira autem ex sanguine claro tenui cicius accenditur et cicius extinguitur · spiritus enim qui generatur ex sanguine illo est maioris caloris · et propter hoc est non spissus · huius autem sanguinis grossi non turbidi cum fuit multi caloris quod fit rarissime · erit non contristabilis et audacius et fortis animo · et ira eius erit minor · leticia enim constringit iram · tristicia uero aptat iram · ira enim est motus ad repellendum · leticia uero est conpetita delectacioni · modus autem delectacionis est ad modum attrahendi et appetendi · hic autem homo ira non fit nisi ex magnis rebus · et est in- gens propter spissitudinem sui spiritus · et propter hoc est parui timoris · huius autem sanguinis grossum non turbidum distemperatum in frigiditate erit non contristabilis · non letus · non iracundus sed erit timor eius non multus et erit stolidus in omnibus · spiritus enim eius similis est sanguini eius · huius autem sanguinis grossi et turbidum distemperate in frigiditate erit cibus et soli- tarius et quiete ire · non erit magna · et ira eius erit permanens minus · quam ira eius cum est callide complexionis · qui est alius ei in omnibus aliis et amplius quam ira illius qui habet spiritum tenuem et est memor iniuriarum · et contingit propter firmam impressionem forme nocentis in extimacione · et propter impressionem firmam desiderii uidetur ideo quod sit · quoniam alius est cuius ira non permanens · ira enim sed hic est perseuerans sed motus eius ad ymaginacionis uindictam non est minus · ira tamen cum cito rece- dit · forma eius non quiescat in ymaginacione sed delectatur et non accidit ei memoria iniurie · cum autem desiderium et motus ad uindictam fortis est accidit ex his duo- bus hiberias · recordari multum iniuriarum · quorum unum est attractio autem secundum ad partem motus intendit ea ad uindictam et impedimentum ymaginacionis reuoluendi intencionem nocentis · et representandi ea que consequencia sunt et imprimendo memorie · ut- ri motiue solent trahere animam aliquibus apprehe- sionibus a contrario · et cercior solet trahere ab minore et ei · alium est quod cum motus intendit ad uindictam et nichil obstat illi cuius inpetus reputatur apud ymaginacionem qui optimum erit alicui uoluit formam et cum ad quam intenditur motus · appetit et format ymaginacio sic ymaginat · cum iam fit · cum non delectabitur in ymaginacione forma eius · quod apparuit · quia forma eius quod est et hic de in ymaginacione sicut forma rei species quoniam finitur motus et deletur tunc desiderium ymaginaciouis · et non apparet in ea forma eius · non requiescit in memoria · non est in recordacio iniuriarum · ergo demone te maxima quia ad formidat sicut reges et filia deceptacio et pauce · propter hoc figi formam desiderii uindicte in animalibus non permittunt eam ibi perseuerare · et tunc nec desiderium nec forma nocentis apparet in extimacione uel in ymagmagmaginacione · nisi timor tamen quod faciat desiderare prius fugere quam mutare · et tunc forma iniuriarum non defigitur in anima · sed corpus et de debilibus propter facilitatem ulciscendi ab eis et paucitatem timendi eos ira est uindicta · quia iam sumpta sit · quod enim fallacium est apud ymaginacionem ira quia iam est quod autem est in ymaginacione · non intendit sicut uere est inter · sed sicut uidetur ei · unum quod fallere apud eam est · quia hinc · ideo uidentur de debilibus reputatur · quia iam sit unum desiderium de ea delectabile primo et non apparet uel non est · quod autem uideat dispo- sicionem ymaginatiuis inuicem conforcius in una confederans et non uis hic est quia alia hoc reputant soccordum quod est mundum et delectabile eo quod est illic ab- hominabili · sic sepe refugit huius corporis bonos corporum suorum et figure fuerint illis figures et colori- bus corporum sordidiorum eorum et non contingit hic accidere et preterea hic cum id quod displicet · fuit illud ei quod placet · uniuersalis est coniunccio eius quod fit et hic eo quod ex uehemen- cia motus desiderii patitur ymaginacio sic patitur ex iam hinc et existente · unde est ergo quod complexio ultima pro- ceditur complexionum est apta ad id quod nimis contris- tatur et hic est finis eius quod intitulatur anohaueth · ex capitulis IIII libri ad hunc locum huius libri de anima com- pleta est quarta pars sexti libri de naturalibus auxilio dei

Uoniam iam expleuimus
tractatum de uirtutibus sensibilibus debemus
nunc loqui de uirtutibus humanis · dicemus ergo quod homo
habet proprietates accionum procedencium ab anima eius
que non inueniuntur in aliis animalibus · Quarum prima
est · quod esse hominis in quo creatus est · non possit permane-
re in sua uita · sine societate · non enim est sicut cetera
animalia · quorum unumquodque sufficit sibi in ordine uite